Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0002-6

c 1726

1776, 46.

11

OBSERVATIONVM IVRIS GERMANICI

SPECIMEN TERTIVM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

IOSIA LVDOVICO ERNESTO PÜTTMANNO

I. V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR. ORD. NEC NON COLLEG. ICTOR. ASSESSORE

A. D. XXIX. IVL. MDCCLXXVI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

A

CAROLO LVDOVICO TONKO

DREBKAVIO-LVSATO

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA

CAP. V.

De bonis, vulgo die Errungenſchaft *dictis.*

Cum in variarum Germaniae ciuitatum ſtatutis ſancitum ſit, vt mortuo alterutro coniugum bona conſtante matrimonio acquiſita ſuperſtitem inter mortuique heredes diuidantur, ſaepius quaeſitum memini, quid demum nomine bonorum, vulgo *die Errungenſchaft* dictorum, contineatur. Et ſunt quidam in ea opinione, vt non modo parta labore atque induſtria, ſed alia etiam ratione, e. g. forte fortuna, hereditate, donatione, acquiſita hac appellatione comprehendi exiſtiment. Praeter alios ita ſtatuit I. S. F. BOEHMERVS in diatr. *de portione coniugum ſtatutaria recte aeſtimanda* a) *§. 16.* inquiens: *Gleichwie es mit der Natur einer wahren* communion, *ſo die Errungenſchaft betrift, ſtreiten würde, wann man die Halbſcheid lediglich auf dasjenige, ſo beyde Eheleute durch Fleiſs erworben, und nicht auf Erbſchaften, Schenkungen oder andere dergleichen zufællige Vortheile ziehen wollte, alſo folget vor ſich, daſs alles ohne Unterſcheid, ſo einer oder der andere wæhrender Ehe erworben, in zwey gleiche Theile ordentlich getheilet werden müſſe.* Neque negare audeo, nonnullorum verba ſtatutorum huic ſententiae aliqua ex parte ſuffragari videri. Ita ſane in *Statut. Suinfurtenſ. Tit. 61. §. 4.* legitur: *Was beyde Eheleute von ſolchen ihren eigenen Güthern an Zinſen und Abnutzungen erſparen, und ſonſten in ſtehender Ehe mit einander gewinnen, ſolches alles iſt ihr beyder gemein Guth, und wird zwiſchen ihnen und ihren Erben, als der* acquaeſtus

a) In Exc. A. F. SCHOTTI *Juriſt. Woch. Blatt P. IV. p. 524.*

ſtus coniugalis, *in zwey gleiche Theile getheilet und geerbet*, nec non in *Ordin. Prou. Ducat. Francon. P. III. Tit. 96. §. 4. Aber der Zinſs, Abnutzung und Gebrauch ſolcher Güther, auch was beyde Eheleute in ſtehender Ehe mit denſelbigen Güthern, auch durch ihre Handarbeit, Handthierung, oder ſonſten erobern und gewinnen, das iſt alles nach altem Herkommen und Land-Recht unſers Stiffts beyden Eheleuten gemein.* Simile quid nuper obſeruaui in *Statutis ciuitatis Heringenſis Lib. III. Art. 48. Kommen zwo ledige Perſonen — zuſammen in den heiligen Eheſtand, ſtirbt hernach über lang oder kurz der Mann oder das Weib, — was ſie denn am Gelde, Hauſs-Geræthe, fahrender Haabe und unbeweglichen Güthern, nichts ausgeſchloſſen, ererbet, gezeuget, erworben und erobert haben, das behælt der lebendige Ehegatte erblich, als ſein eigen wohlgewonnen Guth.*

Nihilo tamen minus iis ſubſcribere haud dubito, qui, niſi in ſtatutis aliud diſerte diſpoſitum ſit, verbo *derer errungenen Güther* ea tantum, quae labore coniugum parta fuerunt, deſignari cenſent. Vt autem ita ſentiam, hae fere me mouent rationes. Primum quidem ipſa verbi notio hanc interpretationem exigere mihi videtur. Quid enim *τὸ erringen* (vnde procul dubio *die Errungenſchaft* nomen traxit,) aliud eſt, quam luctando, ſeu duro labore, qualis luctantium eſt, aliquid acquirere? Ita recte hoc verbum explicat HALTAVSIVS in *Gloſſario p. 403.* Nec abludit locus OTTOCAR. AB HORNECK ibidem obuius:

Steyr vnd Oeſterreich de Lannd
Het er mit ſeiner Hannd
Ervochten vnd errungen,

vt ne ſilentio praeteream, PETRVM quondam Archiep. Magd. in dipl. *an. 1373.* bona, quae vulgo *errungene Güther* appellantur, eodem monente HALTAVSIO, propria induſtria, laboribus, feruentique noſtra diligentia acquiſita vocaſſe. Huc

accedit, quod eadem bona alio nomine interdum etiam *erkoberte*, item *eroberte Güther* dicantur. Sic, vt haud repetam locum ex *Ord. Prou. Ducat. Franc.* iam ſupra prolatum, in *Ord.* etiam *Prou. Naſſouienſ. P. IV. c. 9.* ſcriptum legitur: *Für erobert Guth ſoll nach Inhalt dieſer Ordnung dasjenige verſtanden werden, was ein Mann und Weib aus denenjenigen, was ſie zuſammengebracht, und ſonſt gehabt, in ſtehender Ehe erſparet, oder ſonſt beyderſeits mit mühſamen Fleiſs und guter treuer Hauſshaltung erworben, und für ſich bracht haben, daher alles dasjenige, was zwey Eheleute aus dem Ackerbau, Handthierung, Kræmerey, Wirthſchaft Wein- oder Bierſchenken, davon ſie ſich ernæhren, durch Gottes Seegen erworben, für gemein erkobert Guth zu halten.* Quemadmodum autem *erkobern* docente HALTAVSIO *l. c. p. 397.* proprie ſignificat re aliqua vi et armis potiri, ſic *erobern* praecipue dicitur de rebus, quibus in contentione certaminis, vel quaſi, potimur.

Concinit praeterea huic ſententiae locus, quem ex vetere aliqua lege profert IO. CAR. HENR. DREYER in *Libr. Sing. de vſu genuin. Iur. Anglo-Saxon. in explicand. iur. Cimbr. et Saxon. p. 107.* *Si ſponſa virum ſuum ſuperuixerit, dotem et maritationem ſuam, cartarum, inſtrumentorum, vel teſtium exhibitionibus ei traditam, perpetualiter habeat, et Morgangiuam ſuam, et tertiam partem de omni collaboratione ſua, praeter veſtes et lectum ſuum.* Quod ſi deinde euoluamus plura, quae bonorum, de quibus agimus, mentionem faciunt, ſtatuta, reperiemus profecto, in pleriſque eorum diſertis verbis ea tantum bona, quae coniuges induſtria ſua ſibi compararunt, ſuumque defraudantes genium comparſerunt, nomine *der Errungenſchaft* comprehendi. Ita ſane hoc verbum non modo occurrit in *Ord. Prou. Naſſovienſ.* loco iam ſupra a nobis commemorato, ſed in *Iure* etiam *Prouinc. Palatin. P. IV. Tit. 11. Errungenſchaft heiſst alles, was zwey Eheleute in ſtehender Ehe bey einander mit ihrem Fleiſs, Arbeit,*

für-

fürſichtiger Hauſshaltung und Geſchicklichkeit, über ihr zugebrachtes, ererbtes, legirtes, oder geſchenktes, durch Gottes Seegen erlangen und an ſich bringen, und dadurch ihre Nahrung beſſern, item in *Iur. Prou. Bauar. Tit. I. art. 1. Alles Vermögen, das beyde Eheleute von dem Einkommen ihrer Güther erſparet, oder ſonſt durch ihren eigenen Fleiſs erobert, aber nicht durch Erbſchaft oder in andre Wege dem einen Ehegatten allein zugeſtanden,* nec non in *Statut. Moenofrancofurtenſ. P. V. Tit. 5. §. 2. daſs ſolche Güther, ſo zwey Eheleute in ſtehender Ehe bey einander, es ſey durch ihr eins, (doch daſs daſſelbige Ehegemæcht keinen eigenen ſondern Handel führe,) oder ſie beyde mit ihren mühſamen Fleiſs, guter treulicher Hauſshaltung, und fürſichtiger Geſchicklichkeit über dasjenige, ſo ſie beyderſeits zuſammengebracht haben, durch den Segen Gottes erobern, und an ſich bringen, für erzeugte Güther ſollen verſtanden und gehalten werden.* His locis partim a C. G. RICCIO in *Spicileg. Iur. Germ. p. 534.* nobis ſuppeditatis addimus *Statut. Altenburgenſ. ann. 1725. condit. §. 1. Wann eine ledige Manns-Perſon eine Jungfrau oder Wittwe, welche mit ihrem vorigen Manne Kinder erzeuget oder nicht, heyrathet, und dieſe verſtürbe, ſo erbet der hinterlaſſene Mann ohne Unterſcheid und ohne die Gerade-Stücken von des Weibes hinterlaſſenen ſæmtlichen Vermögen, es beſtehe in beweg- oder unbeweglichen Güthern, zwey Drittheile, und giebt einen Drittheil der verſtorbenen Frauen Erben hinaus, jedoch iſt er, der hinterlaſſene Mann, darbey alleine dasjenige, was er nebſt dem verſtorbenen Weibe* conſtante matrimonio acquiriret, *zu* conferiren *allerdings gehalten, das Vermögen aber, das der Mann vor der Ehe eigenthümlich gehabt, und auch in wæhrendem Eheſtande durch Erbſchaft erlanget, bleibet von gedachter* conferirung *ausgeſchloſſen.* Atque ita nemo, opinor, nomine bonorum, quae *erkoberte, eroberte, errungene Güther* vocantur, niſi aliud diſerta Statutorum verba poſtulent, labore tantum atque induſtria coniugum parta comparataque intelligere dubitabit. Erroris autem anſam non-

 nul-

nullis dedit hoc, quod, vti iam obſeruauit ENGAVIVS in *Elem. Iur. Germ. Lib. I. Tit. 16. §. 373.* bona, *errungene Güther* dicta, mox hereditariis tantum, mox aduentitiis et hereditariis ſimul opponuntur, atque ita vera vocabuli notione accurataque ſtatutorum inſpectione neglecta non poſſunt non graues errores enaſci. b)

Multo autem aliter haec res ſecundum ſcita iuris Romani ſe habet. Audi quaeſo POMPONIVM in *l. 51. D. de don. int. vir. et vx. Quintus Mucius ait, cum in controuerſiam venit, vnde ad mulierem quid peruenerit, et verius et honeſtius eſt, quod non demonſtratur, vnde habeat, exiſtimari a viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe. Euitandi autem turpis quaeſtus gratia circa vxorem hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.* Quod de turpi quaeſtu ait, egregie illuſtratur verbis PLAVTI in *Caſin. II. 2.*

Nam peculi probam nil habere addecet
Clam viro: et quod habet partum, ei haud commode eſt,
Quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro inuenerit.
Hoc viri cenſeo eſſe omne, quicquid tuum eſt.

MVCII ſententiam poſtea repetiit Imp. ALEXANDER in *l. 6. C. eod. Etiamſi,* inquiens, *vxoris tuae nomine res, quae tui iuris fuerant, depoſitae ſunt, cauſa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etſi donaſſe te vxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius mortua ea, quae liberalitatem excepit, irrita ſit: nec eſt ignotum, quod cum probari non poſſit, vnde vxor matrimonii tempore honeſte quaeſierit, de mariti bonis eam habuiſſe veteres iuris auctores merito crediderint.* Neque vero turpis tantum

b) Ceterum nec HEINECCIO omni ex parte adſtipulamur, in *Elem. Iur. Germ. Lib. II. T. 1. §. 26.* ita ſcribenti: *Adquiſita dicuntur reliqua omnia, quae non ſunt hereditaria, veluti donata, labore et arte parta, et quae quis ex ipſis hereditariis bonis comparſit. Vnde et alibi vocatur die Errungenſchaft.* Melius rem exprimit Generoſiſſ. I. H. C. DE SELCHOW in *Elem. Iur. Germ. §. 477.* et 553.

tum quaeſtus euitandi cauſa ita ſenſiſſe MVCIVS mihi videtur, ſed aliud etiam argumentum huic ſententiae inde accedere exiſtimo, quod operas officiales vxor marito iure Romano debet, vti teſtatur HERMOGENIANVS in *l. 48. D. de oper. libert. Sicut patronus, ita etiam patroni filius et nepos, et pronepos, qui libertae nuptiis conſenſit, operarum exactionem amittit: nam haec, cuius matrimonio conſenſit, in officio mariti eſſe debet,* qua de re videſis, quae ſcripſimus *Aduerſar. Lib. I. p. 146.* Ceterum de *praeſumtione* illa a MVCIO inducta, ab eiusque nomine *Muciana* dicta, vberius expoſuit GREGOR. MAIANSIVS in *Commentar. ad Triginta ICtor. fragment. Tom. I. p. 295.* nec non AVG. A LEYSER *Meditat. ad Pand. Spec. 318.* itemque in ſingulari de *Praeſumtione Muciana* Diſſ. *Vitemberg. 1748.* propoſita. c)

Finiemus iam, ſi ſpeciem, nuper Ordini noſtro oblatam, et ab hac materia haud plane alienam, binis verbis commemorauerimus. Bonis lapſo quodam marito, atque ſic moto, quem vulgo vocant, creditorum concurſu, vxor debitoris inter illata repetebat trecentos imperiales, quos, vtpote incendium antea cum viro paſſa, ſtipis loco ſe collegiſſe, atque in vſus mariti impendiſſe aiebat. Multum reluctari curator litis, multum reliqui creditores, quantum ſcilicet vxori accederet, tantum ſibi decedere haud iniuria exiſtimantes. Quid? inquiebant, neſcisne tu, operas officiales te debere marito tuo, eamque ob cauſam quidquid collegiſti non ad te, ſed ad illum potius pertinere? Scisne denique, ſtipem colligere legibus adeo interdictum eſſe? Nos autem nihiloſecius ſecundum vxorem debitoris litem dedimus, his circiter vſi verbis: *Würde im übrigen* N. *vermittelſt Eydes erhalten, daſs ſie von dem in denen Jahren — geſammleten Almoſen ihrem Ehemanne zu Wiederaufbauung deſſen abge-*

c) Quam *Vol. XII. Part. II. Meditat.* LEYSERI nuper inſeruit Conſ. HOEFFNERVS, Prof. Gieſſenſis.

gebrannten Hauſses wenigſtens 300. Thlr. würklich eingehændiget, dahingegen ſolche zu Ankaufung einiger Gerade-Stücken oder andern Behuf ganz oder zum Theil nicht angewendet habe, und alſo zur Erfüllung ſchwören, ſo hat ſie dasjenige, was ihr zu erweiſen auferlegt, und ſie ſich angemaſset, zur Nothdurft erwieſen, derowegen ſie mit nurgedachten 300. Thalern nebſt Zinſsen des Verzugs — nach der — und noch vor der — Claſſe vermöge des ihr dieſsfals zuſtehenden ſtillſchweigenden Unterpfandsrechts behörig zu befriedigen. Rationes autem ita fere ſubduximus: *Obvvohl von dem Curatore Litis, daſs das von* N. *geſammlete Almoſen nicht deren, ſondern vielmehr ihres Ehemannes Eigenthum ſey, behauptet vverden vvollen, überdieſes in dem allergnædigſten Mandate vom 5ten April 1729.* Cap. III. §. 3. *denen Brandbeſchædigten und andern Verunglückten alles Almoſenſammlen ſchlechterdings verbothen, — Dennoch aber und dievveil, daſs das von einer Ehefrau zuſammen gebrachte Almoſen nicht ihr, ſondern ihrem Ehemanne zugehöre, ſich deshalber nicht ſo ſchlechterdings behaupten læſſet, vveil ſelbiges mehr vor ein Geſchenk zu achten, als daſs deſſen Einſammlung unter die* operas officiales *oder* oeconomicas *zu rechnen ſeyn ſollte, davon hingegen, ob* N. *dergleichen Almoſen zu ſammeln erlaubt gevveſen, jetzo die Frage nicht iſt*, rel.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0012-2

Leipzig, Diss., 1776 H-Z

ULB Halle 3
007 411 979

vorl

TA-OC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0013-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0014-3

1776,46

11

BSERVATIONVM IVRIS GERMANICI

SPECIMEN TERTIVM

LLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

OSIA LVDOVICO ERNESTO

PÜTTMANNO

V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR. ORD.

NEC NON COLLEG. ICTOR. ASSESSORE

A. D. XXIX. IVL. MDCCLXXVI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

A

ROLO LVDOVICO TONKO

DREBKAVIO-LVSATO

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-826845-p0015-8